Si vero sic intelligens. Si vero cum ascendentibus inveniuntur fratres et sorores ex utroque
parentibus coniuncti defuncto cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur. Certe
dixisset utique breviter cum patre et matre si placuisset alios non excludere.
Et subdit ibi in medio. Si autem pater aut mater. Certe quia [fratres ascendentes] [eos] specialiter ad patrem et
matrem descendit. Consequens quod precedentia verba et de avo et avia sint in
telligenda cum alii proximiores non supersint. Item in eodem capitulo ti. ut
fratrum filii ubi et cum ascendentibus et fratribus suis filii nunc admittuntur
loquitur generaliter de ascendentibus dicens. Si moriens relinquat ascendentium
aliquos. Certe non nominat specialiter patrem aut matrem quod non obmisisset
si vellet avos et avias excludere. Cum ibidem sic ait. Cum ascendentibus
et fratribus vocentur et premortui fratris filii. Huius utique [expressit autem 2am opinionem] legis novissime ubi [includunt]
plene pensatis videtur omnino tenendum cum sola opinione inconcusse.

[Margin: Nunc fidem exclusivi quamquam movet dubium circa hoc ad finem huius 2e partis huius tractatus]

Sed quero an fratres dicti saltem patruos et patruas excludant. Respondetur quod non.
ut ex eisdem iam allegatis diligenter pensatis. Dubitatur autem nunc
cum iam satis habeatur quod avus et avia cum fratribus utrinque coniunctis et illorum
filiis succedant, in quales hoc fieri debeat portiones. Respondeo huius dici
fratres veniunt cum avis in capita sive [quod idem est] in viriles portiones. Sed non filii in
stirpes quemadmodum esset si cum iam dicti cum patre et matre succedunt. De
quo satis dictum est supra in primo membro principalis divisionis huius 2e partis
tractatus. sub rubrica. 11. et 0. Vnde etiam ibidem alle. et hec satis desuper
ut diligenter intuenti. Sed nunc queritur quid iuris. quando cum avis ulli

[Margin: De fratrum filiis cum ulterioribus ascendentibus queritur]

fratres utrinque coniuncti supersint. sed tantum talium fratrum filii. an illi cum avis et
avos. vel alter [horum] eorum admittantur eque. sicut fratribus extantibus. Respondetur
quod sic. et patet hoc consilio ex hiis que supra dicta sunt sub. C. in medio te
an hoc tertium membrum. ubi dicitur. quod et cum patre et matre admittantur non
extantibus fratribus ergo a fortiori cum avis. Sed quid de fratrum nepotibus.
nullis fratribus aut fratrum filiis extantibus an et ipsi saltem cum patruis admittantur.
Respondetur quod non. patet in aut. ut fra. filii. Ubi et novissime dumtaxat ex
privilegio conceditur fratrum filios cum ascendentibus succedere. hoc quia privilegium ad
alios non trahitur. cum nec huiusmodi fratrum nepotibus cum [defunctis] fratribus permittatur succedere.
ex quo solis fratrum filiis hoc concessum est. ut infra dicetur in iii parte tractatus

Nunc vero alia surgit questio cum fratrum utrinque coniunctorum filios in gradu

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs1282/0014
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg Ministerium für Wissenschaft, Forschung und Kunst